

S A C R Æ
ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES

CORAM R. P. D.

ALEXANDRO LVDOVISIO

N V N C

S. ^{MO} D. N. GREGORIO XV.

*Ex Originalibus summo studio, & diligentia deprompta, Adiectis Summarijs,
ac Indice locupletissimo.*

INGENIO AC OPERA

OLIVERII BELTRAMINI TARVISINI

de Afilo, I. V. D. in Romana Curia Aduocati, ac
Prothonotarij Apostolici.

Cum ANNOTATIONIBVS eiusdem ad singulas fere Decisiones.

CVM PRIVILEGIIS.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.

ANNO M. DC. XXIII.



Handwritten signature or name in cursive script.



Handwritten notes in the left margin, including the name 'Francisco' and other illegible cursive text.



ILLVSTRIS.^{MO} PRINCIPI
L V D O V I C O
L V D O V I S I O S. R. E.
C A R D. C A M E R A R I O
A R C H I E P I S C. B O N O N I E N.
& G R E G O R I I X V. Fratris filio.

OLIVERIVS BELTRAMIVS.

FELICITATEM tuam (Ludouice Cardinalis Amplissime,) qui aduentitijs æstimat bonis, quibus te Deus Opt. Max. cumulauit; non ille propriam Magnitudinis tuæ vim mihi quidem percipere videtur. Etenim quòd ex nobilissimis Parentibus in præcipua Italiæ Ciuitate natus sis: quòd Christi Vicarium tam arcta cognatione contingas: quòd in publicæ curæ partem ab illo adscitus Romanam Purpuram communi omnium plausu indueris: quòd dignas isto loco, & gradu opes diuina planè in te manus effuderit; potes tu quidem habere commune cum multis, qui te æquo tot per secula, vel loco, vel munere præiuere. Illa verò singulariter tua sunt, quibus non vulgi solum, qui inanium aspectu rerum plerumque capitur, sed sapientum oculos incredibili admiratione suspendis: Animi scilicet celsitudo tanto fastigio par. Constantia rebus humanis maior. Prompta ingenij vis atque maturitas, cuius illustria iam tunc argumenta capta sunt, cum tu adolescentulus Doctoris laurea insignitus, per biennium in florentissimo Patriæ Gymnasio publicè, ac summa cum laude leges interpretatus es. Prudentia, qua tum in priuatis, tum in publicis muneribus, castigatissimi iudicij specimen quotidie magis ostendis. Et sanè qui Patrum tuum viderunt, dum Legati Apostolici munere Mediolani fungeretur, tua adhuc adolescentis opera apud Principes, Principumque Oratores, in grauiissimo illo de Italiæ pace negotio, tanta cum partium approbatione vtentè: qui viderunt, cum inde Romam reuertisti, non expleto anni curriculo, te non modo Referendarium Vtriusque Signaturæ creatum, sed etiam inter grauissimos patres cõgregationum Boni Regiminis Ecclesiastici Status, Sacræque Consultæ adlectū esse; facile diuinarunt, qualis esses aliquando futurus, si tantæ virtuti campus quàm amplissimè laxaretur. Quid de tolerantia, ac sedulitate dicā in negotijs obeundis, quorum causa nō modò honestas voluptates, sed etiam necessarias cõ-

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ
ROMANÆ,

Coram

R. P. D. ALEXANDRO LUDOVISIO,
Nunc GREGORIO XV. Pontifice O. M.

Vlixbonens. Beneficij.

Veneris 9. mensis Iunii, 1600.

ARGUMENTVM.

Iudex nulliter procedit, nisi seruet formam rescripti, maxime quando forma est posita sub conditione, ante cuius purificationem nulla competit iurisdictio.

SUMMARI A.

- 1 Iudex procedens non seruata forma rescripti nulliter procedit.
- 2 Et præsertim quando forma est posita sub conditione.
- 3 Iurisdictio non competit ante purificationem conditionis.
- 4 Sententia dicitur notoriè iniusta, quando non iustificatur ex actis.
- 5 Iudex non potest se mouere ad iudicandum extra acta, nec extra iudicium se informare.
- 6 Sententia, qua non iustificatur ex actis, tanquã notoriè iniusta nunquã transit in iudicatũ.
- 7 Sententia, qua non iustificatur ex actis, dicitur notoriè nulla.
- 8 Nec est necesse à tali sententia appellare.

DECISIO I.

DOmni dixerunt sententiam A. C. esse reuocandam, cum enim in Breui ipsi mandaretur, vt ad illius executionem procederet, si, & postquam

litera prouisionis Alphonfi fuissent coram eo presentata, procedendo ad executionem absq; dictarum literarum productione, † & sic forma rescripti non seruata, nulliter processit. c. cum dilect. a. de rescript. c. Pisanis. de restit. spoliat. c. venerabilis. de offic. deleg. Abb. in cap. causam. n. 10. de re iudic. Ang. conf. 138. n. 2. Dec. conf. 603. n. 10. † Præsertim cum presentatio literarum posita fuerit sub conditione, Ægid. decis. 668. Lap. alleg. 27. num. 10. Alexand. conf. 218. num. 1. lib. 2. † ante cuius purificationem nulla competit iurisdictio, gloss. in clem. 1. in verb. reperierint, de offic. deleg. Card. in clement. 1. num. 18. de concess. preb. Anchar. consil. 36. num. 4. versatam ex alio capite. Dec. dist. consil. 603. nu. 9. in fin. Gozad. consil. 2. num. 16. Vtcrius reuocandam dixerunt, quia cum non fuerit probatum Episcopum gaudere alternatiua, sententia non iustificatur ex actis, † & ob id dicitur notoriè iniusta. a Paris. consil. 54. num. 2. lib. 4. Cæs. de Grass. decis. 2. de solut. fuit dictum in vna Romana Vinex de Scappucciis 15. Martii, 1572. coram Binarino.

ADDITIO.

Et quod sententia dicitur notoriè iniusta, nisi iustificetur ex actis, vltra allegata in decisione, dicit Gabr. consil. 28. num. 6. lib. 1. Cæs. de Grass. decis. 13. in fin. de sen. & re iud. Rot. decis. 689. num. 2. par. 1. in reuoc. decis. 659. nu. 16. par. 2. in reuoc. vbi testatur de stylo Rotæ; & plene fuit decisum in Romana officii 23. Ianuar. 1608. coram Scotto

A

impress.